quàm in eis eſt, ſperant homines, §. in fraudem, Inſt. de quib. ex cauſ. manumittere non lic. Sic docent Iul. Clar. dict. num. 1. verſ. Dicitur autem, Merlin. dict. qu. 21. nu. 18. Mangil. ſupra n. 56. Gratian. d. cap. 729. à n. 30. Cancer. d. c. 8. n. 128.

Conſilium fraudandi præſumitur, quoties quis habens filios ſucceſſionis capaces, immenſam facit donationem
100 quare fraudem probare non tenetur, qui adverſus donationem venerit: ſecùs eſt, ſi filiis orbatus donet; Merlin. ſupra, n. 26. cum ſeqq. Oſasch. deciſ. 122. Clar. dict. q. 24. n. 3.

Eſt notandum, quòd hæres donatoris non agit adver-
101 ſus donationem inofficioſam re, & conſilio, ut in totum revocetur, ſed uſque ad Legitimam duntaxat, quia contra factum defuncti venire non licet; l. cum à matre 14. C. de rei vendi ation. l. 24 tit. 13. part. 5. Quod generaliter limitatur quoad Legitimam, cujus ſupplementum petere filius poterit, etiamſi hæres exiſtat patri, Merlin. numer. 3. 21. Hermoſ. numer. 21. Pinel. in l. 1. part. 3. num. 8. limit. 12. C. de bon. matern. Bart. in l. Titia, §. Imperator, num. 4. ff. de leg. 2. Bald. in l. 2. C. de inoffic. donation. Simon. de Prætis de interpretation. ultimar. volunt. libr. 5. dub. 2. interpret. 2. numer. 67. Menoch. conſ. 89. num. 93. Trentacinq. num. 11. verſ. Non eſt diſcedendum.

102 Idem juris erit, ſi filio aliquid à patre relinquatur, vel donetur; nam agere niſi ad ſupplementum Legitimæ non valebit; Trentacinq. dict. reſolut. 4. num. 2. verſ. Hæc concluſio, Natta conſ. 125. num. 6. vol. 1. Tuſch. dict. concl. 685. numer. 32. Hermoſill. num. 5. Merlin. num. 23. D. Covar. in cap. Raynutius, §. 10. num. 9. de teſtament. Suar. receptar. ſentent. verb. Donatio, num. 231. Clar. dict. quæſt. 24. numer. 4. Sed ſi cum teſtamento decedat pater, neceſſe eſt, ut in titulo inſtitutionis filio relinquat, Merlin. dict. num. 23. verſ. Sub latura, Mangil. quæſt. 95. num. 43. 44. Clar. libr. 3. recept. ſentent. §. teſtamentum, quæſt. 38. num. 1.

103 An fructus percepti ex re donata, cùm donatio ut inofficioſa revocatur, reſtituendi ſint; controvertitur; de quo Hermoſ. dict. gloſ. 12. num. 22. Boeri deciſ. 98. num. 6. Segura in l. 1. §. ſi vir. col. 16. verſ. Tertia erit concluſio, & ibi Petez in addit. ff. de acquirend. poſſeſſ. Menchaca controverſ. illuſtr. c. 35. num. 6. Trentacinq. d. tit. de donat. reſolut. 4. n. 131. videndus omninò Gregor. Lopez in d. l. 8. gloſ. 12. ad finem.

104 Donatio etiam remuneratoria ut inofficioſa revocatur, Trentacinq. d. reſolut. 4. num. 10. Alexand. conſ. 55. vol. 1. Roman. conſ. 36. Greg. Lop. d. gl. 13. Sed fallit, cùm meritorum remuneratio peti judicialiter poſſet, Parlador. rer. quotidian. lib. 3. q. 15. n. 3. Guttier. de juram. confirmat. part. 1. cap. 5. n. 24. 25. D. Covar. in cap. cum in officiis, num. 11. de teſtam. Bæza de non melior. filiab. cap. 17. n. 3. Hermoſ. dict. gloſ. 13. n. 6. Quod ſi plus donetur, quàm valent merita, quod excedit à liberis poterit revocari: nam quoad exceſſum ſimplex eſt donatio, Tiraquel. d. verb. donatione largitus, num 80 Pinel. in l. 1. part. 3. n. 62. C. de bon. matern. Menoch. conſ. 112. num. 13. Clar. quæſt. 25. n. 4. Eodem modo donatio ex titulo, & cauſa onerosa facta, ut inofficioſa non revocatur, Cyriac. tom. 2. controverſ. 170. n. 1. ubi plures, & latè per totam de his tractat, Trentacinq. n. 16.

105 Actio ad revovocandam donationem pro Legitima, vel ejus ſupplemento, triginta annis durat: ſed ad eam in totum retractandam, ut inofficioſam quinquennio extinguitur; Merlin num. 45. 46. Hermoſ. gloſ. 1. num. 35. 36. Fontanel. d. gloſ. 8. part. 2. num. 18. 47. 48 Parl. dor. diſſertat. 48. num. 30. 31. Menoch. conſ. 411. ex num. 33. Pat. Molin. diſputat. 283. num. 11.

Verſ. *His etiam adjiciendum eſt.*

106 Quanta pars bonorum donata ſufficiat, ut locus ſit remedio dict. l. ſi unquam? Iudicis relinquitur arbitrio: nam ſi ita exigua ſit res, vel quantitas, ut veroſimiliter videatur eam fuiſſe donatã, licèt donator de liberis cogitaviſſet, aut eos habuiſſet, donatio minimè revocabitur; Gregor. Lopez in d. l. 8. gloſ. 5. Mangil. d. q. 95. num. 13. Fontanel. d. gloſ. 8. p. 2. num. 33. n. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 133. num. 1. 2. Hermoſ. in d. gloſ. 6. Tondut. d. cap. 54. à n. 6. Clar. in dict. §. donatio, quæſt. 21. num. 5. Anton. Fab. in Codic. libr. 8. tit. 56. defin. 9. Gancer. dict. c. 8. de donat. numer. 126. verſ. Veritas. Pat. Molin. d. diſput. 282. num. 5. ubi ait, donationem omninò eſſe revocandam, quando tangit legitimam filiorum; ut ſi in Hiſpania, ultra Quintum bonorum donaretur;
alioqui Judicis arbitrio relinqui. Et opus non eſt, ut quod 107
donatur, ſit pretio æſtimabile, nam donatio juris patronatus Eccleſiæ poteſt ex ea conſtitutione revocari, Tondut num. 8. Tiraq. verb. donatione largitus, num. 156.

Ibi: *Quibus ita prænotatis.*

Legitima filiorum de jure communi, ſi filii ſint quatuor, 108
vel pauciores, eſt tertia bonorum pars; ſi plures, dimidia; auth. Noviſſima, C. de inoffi. teſtament. authentico, de trient. & ſemiſ. §. 1 ſeu Nov. 115. c. 17. tit. 1. part. 6. Gregor. Lop. in l. 12. gloſ. 10. tit. 5. part. 6. Connan. in Commentar. jur. civil. lib. 9. cap. 10. num. 2. Merlin. ſupr. lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. num. 2. 3. ubi plures, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 17. num. 7. Quod etiam in arrogatis procedit; quamvis adoptivorum Legitimam, Quartam eſſe, reſolvat Merlin. tit 3. quæſt. 3. num. 3. De jure noſtro eſt omnia bona patris, excepto Quinto, de quo liberè diſponere permittitur, necnon de Tertio inter ipſos liberos, l. 28. Taur. quæ eſt l. 12 tit. 6. lib. 5. Recopilat. l. 17. Taur. quæ eſt l. 1. eod. tit. 6. Molin. ibi proximè, Ant. Gom. in d. l. 17. num. 1. Sanch. in precep. Decalog. d. lib. 7. cap. 9. num. 27. Valaſc. de partitionib. c. 17. num. 1. Pat. Molin. ſupra, diſp. 158. num. 8. 9. Qui duo notant in Regno Luſitano patrem poſſe de Tertio bonorum indiſtinctè diſponere, reliquo liberis relicto, quod eſt eorum Legitima. In computatione, ſive diviſione hæreditatis, prius deducendũ eſt Quintum, quàm Tertium; juxta l. 214. ſtyli, Ant. Gom. num. 2. Valladieg. in politic. c. 7. n. 44. Eſcobar. de ratiocin. comput. c. 1. à n. 2.

Legitima Aſcendentium de jure communi eſt tertia bo- 109
norum pars ſecundum magis receptam opinionem; etſi aliqui ſentiant ſolùm eſſe quartam, de quo diſputat Merlin. dict. tit. 3. q. 4. per totam, tenens communem, quàm defendunt etiam ultra eos, quos laudat num. 11. Menchac. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 10. num. 182. Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus, ampliat. 16. num. 7. in fine, Matheac. de leg. & fideicommiſſ. lib. 4. cap. 8. num. 9. Camil. Borrel. in ſumm. de ipſon. tom. 3. tit. 16. de Legitim. num. 27. Quorum fundamentum eſt, dict. authentica, Noviſſima, nam augmentum Legitimæ deſcendentium, ad eam, quæ Aſcendentibus debetur, extendunt. De jure autem Regio duæ partes Bonorum ſunt Aſcendentium Legitima; Tertia, ut de ea ad libitum ſtatuat, morienti reſervata; l. 6. Taur. quæ eſt l. 1. titul. 8. lib. 5. Recopilat. Ant. Gom. in dict. l. 6. n. 13. Hermoſ. d. gloſ. 12. n. 6. Merlin. dict. n. 9.

Fratrum Legitima, quando ei debetur, eſt quarta bo- 110
norum pars: juxta regulam §. igitur quartam, Inſt. de inofficioſ. teſtam. quæ quoad eos nullo jure immutata invenitur, neque intelligitur aucta ex d. auth. Noviſſima, Roderic. Suar. in d. l. quoniam in prioribus, in evidentia lib. num. 12 in fine C. de inoffi. teſtament. Berlich. concluſion. practicabil. part. 3. concluſ. 15. n. 70. Cagnol. in l. 1 dubitat. 2. num. 12. ff. de inoffic. teſtam. Afflictis deciſ. 204. in fine, Merlin. lib. 2. tit. 2. quæſt. 13. n. 31.

Sed contrarium, ſcilicèt fraternam Legitimam auctam eſſe ad inſtar filium, tuentur Menchac. d. §. 10. n. 268. Fachinæ. controverſ. lib. 4. cap. 28. Matheac. dict. cap. 8. num. 13. Quod verum non videtur.

Tunc autem hæc quarta pars fratri debetur, cum perſona turpis ex donatione, vel teſtamento ad bona venit fraterna, §. ſed autem, Inſt. de inoffi. teſtament. Ant. Gom. var. lib. 1 cap. 11. num. 37. Merlin. cum multis, ſupra num. 1. Quo caſu ſi nihil detur, vel relinquatur quocumque titulo fratri, in totum teſtamentum, vel donationem irritat; Merlin. ſupr. n. 1. 5. & diximus alibi; ubi verò quicquam ei confertur ſolùm agit ad ſupplementum Quartæ, ſive Legitimæ, Merlin. num. 30. & lib. 3. quæſt. 2. num. 8. ubi alii Ceval. quæſt. 566. à num. 7. Caſtill. qui de praxi teſtatur in l. 7. Taur. qui licet in teſtamento loquantur, idem in donatione dicendum eſt; argumento l. fin. C. de inoffic. donat. Merlin. dict. quæſt. 21. num. 23. 24. Turpis perſona in hoc tractatu
dicitur, quæ juris, vel facti infamia notatur; de quo per 111
Merlin. d. q. 13. à n. 16. Ant. Gom. d. cap. 11. n. 38.

AD

AD CAPUT XX.

Quando ſubreptio ſive obreptio circa cauſam finalem, vel impulſivam contingens reſcripta vitiet.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur, qui de hac materia tractant.*
2 *Reſcripta alia Motu proprio, & alia ad inſtantiam Partis expediuntur.*
3 *Omne reſcriptum, in quo expreſſa non eſt clauſula:* Motu proprio; *intelligitur ad preces alicujus conceſſum.*
4 *In dubio non præſumitur gratia Motu proprio emanaſſe.*
5 *Non permittitur, teſtibus probari, reſcriptum fuiſſe Motu proprio expeditum, in quo talis clauſula expreſſa non eſt.*
6 *Ubi clauſula,* Motu proprio, *adeſt, tale reſcriptum judicatur, etſi precum in ipſo mentio fiat.*
7 *Clauſula,* Motu proprio, *quid ſignificet.*
8 *Differentiæ inter reſcripta Motu proprio expedita, & alia; remiſſivè.*
9 *Preces hoc in tractatu quid ſignificent.*
10 *Gratiæ pars eſſe cenſentur.*
11 *Mens dubia Principis in reſcripto ex precibus eſt intelligenda.*
12 *Tripliciter vitium in reſcriptis contrahitur, per quod gratia fit irrita.*
13 *Obreptio & ſubreptio quid, & an inter ſe diſtinguantur?*
14 *Stylus loquendi potior habetur verborum proprietate.*
15 *Reſcripta Gratiæ perperam impetrata, ipſo jure ſunt nulla; Iuſtitiæ verò, ſi opponatur.*
16 *Ratio præmiſſæ differentiæ traditur.*
17 *Actus, qui annullatur favore alicujus, ipſius conſenſu poteſt ſubſiſtere.*
18 *Quod alicujus gratia eſt inductum, non debet in ejus incommodum retorqueri.*
19 *Lites finiri, publicè intereſt.*
20 *Quibus caſibus reſcripta Iuſtitiæ ſunt ipſo jure nulla remiſſivè.*
21 *Vitium reſcriptorum, etiam quæ ipſo jure ſunt nulla, poſt quadraginta annos objicere non licet.*
22 *Reſcriptum impetratum per excommunicatum non valet.*
23 *Ex ſtylo Curiæ in reſcriptis conceditur abſolutio à cenſuris.*
24 *Obreptionem, aut ſubreptionem, ex qua Princeps facilior redditur ad concedendum, vitiare reſcripta, qui doceant.*
25 *Fundamenta præfatæ ſententiæ, remiſſivè.*
26 *Obreptio, vel ſubreptio circa cauſam finalem, annullat reſcripta; ſecus circa impulſivam.*
27 *Taciturnitatem veritatis ſolum nocere, quando ſupprimitur quod leges ſpecialiter jubent exprimi in cujuſque gratiæ impetratione, qui ſentiunt?*
28 *Adducitur pro vera ſententia,* c. fin. de fil. presbyter. in. 6.
29 *Poſtulans beneficium Eccleſiaſticum, ex Curiæ ſtylo exprimere debet, ſe Clericum eſſe, vel laicum.*
30 *Cauſa quotuplex eſt.*
31 *Cauſa finalis inter cæteras primum locum obtinet.*
32 *Eſt prima in intentione, & ultima in exequutione.*
33 *Cauſa impulſiva propriè cauſa non eſt.*
34 *Non omnia, ſine quibus res non fieret, ipſius cauſa ſunt.*
35 *Simoniacum non eſt, ſervire Prælato principaliter, ut ab eo Eccleſiaſticum beneficium ex gratitudine obtineatur.*
36 *Uſura non eſt, mutuare principaliter ob ſpem lucri ex liberalitate mutuatarii.*
37 *Epiſcopus conferens famulo beneficium in remunerationem ſervitii, ad quam ex gratitudine ſola tenebatur, ſimoniam non committit, etſi id expreſſerit.*
38 *An liceat mutuanti, deducere in pactũ, ut mutuatarius ad ſimile beneficiũ reddendum teneatur ex gratitudine? remiſſivè.*
39 *Amicitiam in pactum deducere propter mutuum, an licitum ſit? remiſſivè.*
40 *Canonici aſſiſtentes Divinis principaliter ob diſtributiones quotidianas, ſimoniam non incurrunt.*
41 *Ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus.*
42 *Cauſa impulſiva ceſſante, effectus permanet.*
43 *Quæ ſit cauſa finalis, & quæ impulſiva, quoad reſcripta.*
44 *Vitium circa cauſam finalem deſtruit gratiam, etſi culpa impetrantis non eveniat.*
45 *Curiales, vitioſè impetrantes literas, falſi pœnâ coercentur.*
46 *Conſenſus tollitur per errorem.*
47 *Reſcriptum, in quo ſubreptio vel obreptio circa cauſam finalem contingit, eſt involuntarium.*
48 *Non omnis taciturnitas ejus, quo cognito, Princeps gratiam denegaret, officit reſcripto.*
49 *Suppreſſio veritatis quando faciat irritam gratiam Motu proprio conceſſam.*
50 *Si dubium ſit, an cauſa finalis, vel impulſiva, circa quam vitium contingit, gratia non valet.*
51 *In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur.*
52 *In dubiis, quod tutius fuerit, ſequendum eſt.*
53 *Defectus contingens in cauſa impulſiva gratiam non vitiat, niſi cognita veritate, vel non concederetur, vel aliter concederetur.*
54 *Quando falſitas non tangit cauſam finalem, ſolùm eſt involuntaria facilitas ad concedendum.*
55 *Iudicis arbitrio relinquitur, an ſurreptio circa cauſam finalem, vel impulſivam verſetur?*
56 *Ubi dolo falſitas contingit, etiam quoad cauſam impulſivam, reſcriptum eſt irritum.*
57 *Mentiens in dolo eſſe videtur.*
58 *Semper in reſcriptis ſubintelligitur conditio;* Si Preces veritate nitantur.
59 *Conditio.* Si preces veritate nitantur, *ad quæ refertur.*
60 *Taciturnitas in cauſa finali reſcriptum non vitiat, ſi probetur, Principem non latuiſſe quod eſt ſuppreſſum.*
61 *Omnis præſumptio cedit veritati.*
62 *Taciturnitas eorum, quæ jus exprimi jubet, omninò gratiam vitiat, quomodo libet accidat*
63 *Actus contra formam legis non tenet.*
64 *Quæ neceſſario ſunt exprimenda in cujuſque gratiæ impetratione, remiſſivè.*
65 *Falſitas circa ſubſtantiã ejus, quod poſtulatur, gratiã vitiat.*
66 *Quando unica exprimitur cauſa, & ea eſt falſa, ſine diſtinctione reſcriptum non tenet.*
67 *In beneficii curati impetratione facienda eſt neceſſario mentio ejus qualitatis.*
68 *Falſa narratio circa cauſam impulſivam reſcriptum non vitiat, etſi in eis, quæ neceſſario ſunt exprimenda, contingat; modò nihil occultetur explicandum.*
69 *Demonſtratio falſa diſpoſitionem non vitiat.*
70 *Ratio decidendi ad* cap. cui de non ſacerdotali, de præb. in 6. *& ad* cap. ſuſceptum, de reſcript. eod. lib.
71 *Reſcripta ſunt ſtricti juris.*
72 *Taciturnitas in eis, quæ de ſtylo Curiæ ſunt exprimenda, vitiat gratiam.*
73 *Valor beneficii eſt exprimendus in ejus impetratione.*
74 *Taciturnitas, vel falſitas circa valorem beneficii irritam facit gratiam.*
75 *In eis, quæ de ſtylo Curiæ explicari debent, non diſtinguitur an Princeps cognita veritate eſſet conceſſurus necne.*
76 *Stylus Curiæ, & juris conſtitutio eandem vim obtinent quoad ea, quæ in reſcriptis exprimi jubentur.*
77 *Expreſſio majoris valoris beneficii non nocet gratiæ*
77 *Legis ratione ceſſante, ejus diſpoſitioni non eſt locus.*
79 *Sub majori ſumma continetur minor.*
80 *Quod abundat, non nocet.*
81 *Ad ea, quæ rarò accidunt, jura non adaptantur.*
82 *Mens potius, quàm verba diſponentis eſt inſpicienda.*
83 *Quod veroſimiliter reſponderet diſponens; ſi interrogaretur pro expreſſo habetur.*
84. *Abundans cautela non nocet.*
85 *Forma eſt ſpecificè implenda.*
86 *Quando forma per æquipollens poteſt impleri.*
87 *An valor beneficii, quod quis habet, quando alterum poſtulat, ſit exprimendus?*
88 *In valore beneficii exprimendo non continentur quotidianæ diſtributiones, nec quod pro Anniverſariis datur.*
89 *Explicatur* d. cap. cui de non ſacerdotali, de præb. in 6.
90 *Minor ſumma non comprehenditur ſub majore adverſus mentem loquentis.*
91 *Veniam petens à Principe pro aliquo delicto; debet exprimere alteram, quam impetravit.*

92 Quod

92 *Quod declaratur, ſi prima venia fuit pro eodem genere delicti conceſſa.*

93 *Homines fiducia veniæ faciles redduntur ad delinquendum.*

94 *Quando prima delicti venia fuit nulla, de ipſa mentionem fieri in impetratione ſecunda, neceſſe non eſt.*

95 *Poſtulans veniam criminis debet exprimere, ſi aliud ſimile jam commiſerit.*

96 *Quoties in jure reperitur expreſſum, ne venia concedatur, vel diſpenſetur in aliquo caſu ob ſpecialem qualitatem, hæc neceſſario exprimenda eſt.*

97 *Impetrans veniam homicidii proditoriè commiſſi, eam qualitatem debet declarare.*

98 *In legitimationis petitione facienda eſt mentio filiorum legitimorum, quos habet pater ſupplicans.*

99 *Debet etiam exprimere ex uxore quam habet, prolem ſuſcipiendi ſpem ſibi eſſe.*

100 *Legitimatio obtenta, non facta mentione filiorum legitimorum, eſt nulla, etſi eis ex legitimatione præjudicium minimè generetur.*

101 *Idem eſt ſi legitimatio* motu proprio, *vel ex plenitudine poteſtatis fiat.*

102 *Jure Regio legitimati per Principem non ſuccedunt cum legitimè natis.*

103 *Eodem jure legitimatio, non facta mentione legitimæ prolis, non valet.*

104 *Numerus liberorum exprimi neceſſariò non debet, niſi ob multitudinem Princeps eſſet gratiam denegaturus.*

CIrca ea, quæ hoc capite explicantur; latè diſſeruerunt,
1 Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8. diſput. 21. cum ſequentibus.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ.* 201. Mareſcot. *variar. lib. 2. c. 1.* Pat. Suar. *de legib. lib. 8. c. 12. à nu. 10. & de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. ult.* Guttier. *Canonicar. quæſt. lib. 2. c. 15.* Marcheſan. *de reſcriptor. ſubreption.* Bonacin. *in ſum. tom. 2. tract. de legib. diſp. 1. q. 2. punct. 4. cum aliis,* Cyriac. *controverſia tom. 1. controverſ. 160. à n. 21.* Ioan. Baptiſt. Leonell. *de ſubrept. reſcriptor.* Trentacinqui. *variar. reſolut lib. 1. tit. de reſcript. reſolut. 5.* Staphilæus *de liter. grat. & inſt.* Gomez Vajo *in praxi lib. 1. c. 4.* Cardin. Tuſch. *practicar. concluſ. lit. R. conſ. 217. & lit. S. conſ. 720. cum ſeqq.*

Reſcripta Principum alia Motu proprio, alia ad preces ſupplicantis expediantur, *c. ſi motu proprio 23. de præbend.*
2 *& dign. in 6.* Suarez *d. c. 12. n. 4.* omne autem reſcriptum, in quo clauſula, *Motu proprio*, non eſt expreſſa, intellig-
3 tur ad inſtantiam alicujus conceſſum, Staphilæ. *de gratiis, & expectat. § ſubſequente, n. 17.* Suarez *n. 5.* Sanch. *d. lib. 8. diſp. 1. n. 6.* Moneta *de commutat. ultimar. voluntar. c. 6. n. 168.* Ant. Gabriel. *commun. concluſ. lib. 3. tit. de clauſul. concluſ. 2.*
4 *n. 102.* Et in dubio nunquam præſumitur, reſcriptum Motu proprio proceſſiſſe, Tiraq. *in l. ſi unquam, verb. Donatione largitus, num 52. C. de revocand. donat.* Valaſc. *conſ. lt. 25. n. 18.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1075. Nec ubi talis clau-
5 ſula expreſſa non eſt, poterit teſtibus probari, principem *motu proprio* reſcripſiſſe; Barboſ. *de clauſul. clauſ. 79. n. 10.* Maſcard. *ſupra n. 25.* Moneta *ſupra,* Anton. Gabr. *d. concl. 2. n. 25.* etſi aliud ſit, ſi reſcriptum amittatur, Motu proprio expeditum? nam per teſtium depoſitionem docere licet, clauſulam talem in eo inſertam fuiſſe; Sanch. *d. c. diſp. 1. n. 6.*

Quamvis preces oblatæ fuerint; earumque mentio fiat
6 in reſcripto, tamen per expreſſionem prædictæ clauſulæ, gratia motu proprio facta cenſetur quoad juris effectus; quoniam Princeps ſic oſtendit, ſe non motum precibus, ſed ex propria liberalitate indulgere; idem 1; ſecundùm ſibi co-
7 guita, & narrata conceſſurum, etſi minimè peteretur: Suar. *ſup. n. 5. 6.* Reb. *in Conc. forma mandati, verbo, Motu proprio, v. Notandum quod hæc clauſula,* Dec. *in c. 2. de reſ.* Far. *d. eiſ. 656. n. 1. par. 2.* Menoch. *d. caſ 201. n. 79.* Sanch. *d. n. 6.*

Multùm autem intereſt inter hujuſmodi reſcriptorum
8 effectus, de quorum differentiis Rebuf. *ſupra,* Staphilæ. *d. § ſubſequente,* Ant. Gabr. *d. concl.* Suarez *d. c. 12. n. 8.*

9 Preces dicuntur, quicquid in libello ſupplicationis continetur, in quo ſolet factum narrari, cauſas ad concedendum proponi, & quod intenditur explicari, notant DD.
10 *in rubr. C. de precib. Imperat. offerend.* Quæ quidem preces

Ipſius gratiæ pars cenſentur; Mareſcot *d. c. 1. num. 2.* Et ubi 11
dubium exoritur, mens Principis juxta ſupplicationem interpretatur, *l. 1. C. de diverſ. reſcript.* Gregor. Lop. *in l. 26. gloſ. 1. tit. 11. part. 5.* Cyriac. *d. tom. controverſ. 57. n. 33.* Menoc. *de præſumpt lib. 2. præſ. 29. n. 2.* Jaſ. *in l. cauſas, n. 5. C. de tranſact.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 31. n. 8.* Perez *in l. 6. verſ. Quaro trigeſimo octavo, tit. 15. lib. 3. Ordinam.* Guttier. *practicar. lib. 3. q. 17. à n. 43.* Joan. Garc. *de nobilitat. in diviſion. operis, n. 63.* 12

In quibus cavendum eſt, ne aliquod ſubreptionis, vel obreptionis vitium contingat, per quod gratia ipſa vitietur; quod tripliciter poteſt incurri; aut exprimendo falſum, aut ſupprimendo verum, vel ita obſcure explicando veri- 13
tatem, ut ipſa lateat Principem conceſſurum. Primò modo, *obreptionem* aliis duobus ſubreptionem committi, docent communiter DD. Tuſch. *lit. S. concluſ. 710. n. 14.* Trentacinq. *d. reſolut. 5. n. 1.* Vivi. *commun. tom. 1. lib. 4. tit. 1. n. 191. verſ. Et ſubreptio ipſa,* Perez *in l. 4. tit. 12. lib. 8. Ordinam. pag. 689.* Bernard. Græv. *ad praxim. Camer. Imper. lib. 1. concl. 14.* Menochi. *d. caſ. 201. n. 9.* Qui tamen verius putat nomina hæc *ſubreptionem,* & *obreptionem,* ſynonyma eſſe, ut probatur *in l. 1. C. ſi nupt. ex reſcript. petant.* Idem tenet Trentacinq. *d. n. 1. verſ. Et quod non ſit,* Iaſ. *in l. præſcriptione, n. 1. C. ſi cont. jus, vel util. public.* Sanch. *d. diſp. 21. n. 2.* Rebuf. *ad leges Gall. to. 2. tit. de reſcript. in præf. n. 125.* Lælii Manſin. *diſquiſit. genial. centur. 1. c. 79. num. 5.* Sed cum communis 14
uſus loquendi DD. eam differentiam induxerit, non eſt ab eo recedendum; nam ſtylus loquendi receptus, verborum proprietati debet præferri; Hermoſ. *in rubric. n. 5. tit. 5. p. 5.* Iaſon. *in rubric. ff. de nov. oper. nunciat.* Menoch. *conſ. 631. num. 9. 15.*

Subreptio verò, vel obreptio precum, (ex quo, & ſic im- 15
petrata reſcripta, ſubreptitia, aut obreptitia nuncupantur) non eodem modo nocet reſcriptis Gratiæ, quæ ad Iuſtitiæ, diſpenſationes, & alia hujuſmodi pertinent ac Iuſtitiæ, quæ ad lites expediuntur, nam prima ipſo jure ſunt nulla; ſecunda non niſi exceptio opponatur ab eo, contra quem literæ obtentæ ſunt: atque ita, quod virtute earum actum eſt, valet, ut obſervant Menoch. *d. caſ. 201. n. 1. cum ſequentibus.* Vanti. *de nullitat. tit. de nullit. ex defect. juriſdict. delegat. n. 60.* Rebuf. *in prax. benefic. t. de differ. int. reſcript. grat. & juſt. à n. 1.* Navarr. *in c. ſi quando, prælud. 1. n. 1. de reſcript.* Bonacin. *d. punct. 4. n. 1. 2.* Caputaquen. *dec. 225. par. 3.* Tuſch. *practicar. concl. lit. S. con. l. 722. num. 17. 19.* Trentacinq. *ſup. à n. 1. 2.* Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic. reſolut. 577. n. 2.* Perez *in l. 1. q. 8. 9. tit. 12. lib. 3. Ordinam.*

Hujus differentiæ rationes, tradit Sanch. *d. diſp. 21. n. 3.* 16
quibus & alia addi poteſt; quia nullitas reſcriptorum Gratiæ non favore alicujus privati introducta eſt, ſed ne contra Principis voluntatem aliquis impetratis vitioſe fruatur; quapropter reſcripta hæc, ipſo jure irrita fieri oportet; maximè cùm regulariter non ſit qui de ſubreptione poſſit opponere. At in reſcriptis Iuſtitiæ, nullitas proſpicit eis, contra quos impetrantur ſubreptitiè, vel obreptitiè; quare placuit, ut literæ ſuſtineantur, niſi Pars, cujus intereſt, objiciat; alioqui litigando coram Iudice delegato, nullitati pro ſe inductæ cenſetur renunciare, ex quo 17
actus aliàs nullus jure ſubſiſtit; *l. non eo minus, C. de procuratorib.* notat Barboſ. *in collectan. ad c. ut ſuper, §. poſſeſſiones, num. 7. de reb. Eccleſ.* In quo favor ipſius, contra quem reſcriptum fuit expeditum, verſatur, cui, ſi ſibi utile fuerit, licet litteris ab adverſario perperam obtentis uti; 18
quod non liceret, ſi nullæ ipſo jure forent; atque ita nullitas, quæ ipſius gratia inducta eſt, in ejus præjudicium retorqueretur; contra regulam *l. quod favore 6. C. de legib. c. quod ob gratiam 61. de regul. ju. in 6.* Quod etiam alia ratione admiſſum eſt; ſiquidem ita citiùs lites extinguuntur, cum hæc reſcripta ad earundem expeditionem perti- 19
neant, quarum finis publicè intereſt, & à Principibus maximè exoptatur. *c. fin. de lit. bus. & de dol. & contumac. c. 1. de appell. in 6. Extravag. ad Romani 14. § nos qui vigilis, de præbend. & dignit. l. properandum 12. C. de judi.* Flamini. *de reſignat. benefic. lib. 1. q. 5. n. 11. 13.* Barboſ. *in collect. ad d. c. fin. n. 3.*

Solent aſſignari aliqui caſus, in quibus reſcripta Iuſtitiæ jure ipſo propter ſubreptionem, vel obreptionem ſunt 20
irrita

irrita; ut videre eſt apud Felinum *in c. ad audientiam el 2. à num. 8. de reſcript.* Sanch. *d. diſ. 21. n. 6. 75.* Trentacinq. *d. reſol. 5. à n. 11.* Et de differentiis reſcriptum Gratiæ, & Iuſtitiæ, egit latè Rebuf. *in prax. benefic. tit. de different. int. reſcrip. grat. & juſt. n. 2. cum ſeqq.*

21 Advertere oportet, quod licet reſcripta ſubreptitia, ſint ipſo jure nulla, tale vitium ultra quadraginta annos opponi non poteſt; nam ex lapſu tanti temporis gratia, & confirmatio præſumitur; Caputaquem. *decis. 224. part. 3.* Caſſador. *deciſ. 3. de cauſ. poſſeſ.* Ricci. *in collecta. deciſ. p. 4. collectan. 1267.* Imò triginta annos fluxiſſe, à quo reſcriptum exequationi mandatum eſt, ſufficere docet Mereſcot. *d. c. 1. num. 101.*

Non ſolùm ad valorem reſcripti deſideratur, ut preces
22 vitio careant, ſed ut à perſona habili offerantur; eſt enim certi juris, majori excommunicatione ligatum non poſſe à Principe impetrare reſcriptum, quod jure ipſo nullum eſt; *c. 1. reſcript. in 6.* Vivi. *dec 56. n. 1.* Gom. Vaio *dict. c. 4. n. 181.* Azeved. *in l. 1. n. 43. tit. 15. lib. 8. Recopi.* Pat. Suar. *de cenſur. lib. 5. diſ. 17. ſect. 1. à princip.* Quod procedit etiam in reſcriptis Principis ſæcularis; Riciul *de jur perſon. extr. grem. Eccleſiæ exiſtent. lib. 4. c. 30. per totum.* Navar., *conſ. 28. aliàs, 44. n. 1. de ſentent. excommunicat.* Barboſ. *in collectant ad d. c. n. 8.* qui multipliciter ampliat, & limitat, eam conſtitutionem. Sed jam in reſcriptis à Sede Apoſtolica impetratis excommunicatio non nocet, cùm ex ſtylo Curiæ in
23 illis abſolutio à cenſuris adjiciatur, quæ validitatem gratiæ operatur, ad quem effectum duntaxat inſeritur; D. Covar. *in c. alma mater, part. 1. §. 7. n. 3. ad finem,* Boëi *deciſ. 290.* Rebuf. *in prax. part. 1. tit. de form. novæ provis. n. 1. & ſeqq.* Ricciul. *d. lib. 4. c. 38. n. 22.*

Ad Num. 1.

Expreſſio falſi, vel ſuppreſſio veritatis, ex quibus Prin-
24 ceps inducitur ad facilius indulgendum, etſi aliàs eſſet conceſſurus, vitiat reſcriptum, juxta communem ſententiam; quam quoad expreſſionem falſi, tuentur Flamin. *ſupra, lib. 10. q. 3. n. 46.* Mandoſi. *ad regul. 27. Cancellar. q. 8, n. 16.* Nicol. Garcia *de beneficiis, part. 6. c. 2. n. 197.* Tiraq. *in tract. Ceſſante cauſa, limitat. 1. n. 2. 14.* Navarr. *in d. c. ſi quando, ex e t. 3. n. 3. de reſcript.* Valaſc. *conſultat. 60. num. 5. tom. 1.* Menoch. *conſ. 385. n. 31. verſ. Non etiam obſtat,* Mareſcot. *d. c. 1. n. 19.* Guttierr. *d. c. 15. n. 41.* Quoad taciturnitatem veritatis, Abbas *in c. ad aures, num. 4. de reſcript.* Staphilæ. *ſupra de form. & mod. impetr. §. Præterea eſt quare dignitatem, n. 5.* Caſſador. *deciſ. 12. n. 14. de præbend. & deciſ. 3. n. 3. ut. lit. pendente,* Rebuf. *in c. nulla, art. 2. in princip. concl. 4. de conceſ. præbend. & in prax. part. 3. ſignaturæ, verbo, Nec non juris patronatus, n. 24.* Iaſo. *in d. l. nu. 2. C. ſi cont. jus, vel utilit. public.* Medices *in tract. Mors omnia ſolvit, part. 3. n. 145.* Tabiena *in ſumm. verb. Reſcriptum, qu. 3. n. 4.* Spino *in ſpecul. teſtament. gloſ. 16. n. 134.* Cervantes *in l. 10. Taur n. 40.* Flamin. *de confident. benefic. q. 46. num. 38. 39.* Azeved. *in l. 2. n. 13. 14. tit. 25. lib. 8. Recopilat.* Mareſcot. *ſupra n. 127.* Pat. Molin. *de juſtit. & jur. diſp. 59. in 5. 6.* Vivian. *in prax. juris patronat. deciſ. 97. n. 1, verſ. Amplia, ſi ſubreptio,* Cyriac. *tom. 2. controv. 313. n. 19. cum ſeqq.*

Verſ. *Quod fortiori ratione probatur.*

Idem, notant Rebuf. *in tract. Nominat. q. 9. n. 50.* Azor.
25 *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. q. 3.* Sanch. *d. diſp. 21. nu. 10.* ubi alia fundamenta præfatæ opinionis refert.

Verſ. *Contrariam ſententiam.*

26 Subreptio, vel obreptio circa cauſam impulſivam, hoc eſt, cum Princeps, cognita veritate, idem concederet, etſi difficilius; reſcriptum non facit irritum. Ita tenet Tuſch. *ſup. lit. S. conſ. 723. n. 10.* Alexand. *conſ. 108 nu. 4. verſ. Confirmo lib. 7.* Signorol. *conſ. 35.* Menoch. *d. caſ 201. n. 28. cum aliis,* Palat. Rub. *in cap. per veſtras, notabil. 4. n. 27. de donat. inter:* Mandoſ. *in regul. 32. Cancellar, qu. 9. n. 10. & qu. 11. n. 4.* Rebell. *de obligationib. juſtit. part. 2. lib. 3. q. 5. num. 25.* Deci. *in c. ſuper. litteris, v. verſ. Contrariam ſententiam, de reſcript.* Beroi. *ibidem, l. ect. 2. 55. 73.* Bonaciq. *d. punct. 4. n. 3.* Pariſi. *conſ. 4. n. 35 volum. 4.* Suarez *de Relig. d. tom. 2. c. ult. n. 11.* Sanch. qui alios laudat, *n. 11.* & ſequitur, *n. 17.* Quod verius videtur. vide infra, *n. 53.*

Præterea eſt & alia ſententia communis habens, reſcripta non vitiari ex taciturnitate veritatis; niſi id ſuprima- 27
tur, quod jura exprimi depoſcunt in cujuſcumque gratiæ impetratione; Rebuf. *in tract. de nominat. q. 9. n. 49.* Gloſ. *in Clement. 1. verb. Vel alteri de præbend.* Bellame a *dec. 697. con. l. Extra Rotam, n. 4. 5.* Felin. *in d. c. ſi per litteris, n. 2. verſ. Et regula eſt* Navarr. *in extravagant. de datis, & promiſ. pro litteris grat. notabil. 32. n. 48. corollar. 4. verſ. Neque obſtat. reſolutio,* Gregor. Lop. *in l. 36. gloſ. 2. tit. 18. part. 3.* Mandoſi. *de ſignatur. grat. verb. Abſolutio ab hæreſi, verſ. Diſpenſatum fuerat,* Sarmient. *lib. 1. ſelectar. c. 9. n. 2.* Boſſi. *in prax. tit. de remediis ex ſola clement. Princip. n. 34.* Flamini. *de reſignat. beneficior. lib. 2. q. 2. 86.* Cevall. *tom. 2. q. 73. n. 16.* & alij apud Sanch. *n. 12.*

Verſ. *Secundò ad hanc rem.*

Hoc probat DD. pro ſecunda opinione ſuprà laudati; 28
& ad idem facit textus in *cap. fin. de filiis presbyter. in 6.* in illis verbis: *Cum non ſit veriſimile, Sedem ipſam cum illo prædictum patiente defectum, ſi hoc fuiſſet expreſſum eidem in pluralitate beneficiorum hujuſmodi diſpenſare.* Cui argumento Guttier. *d. c. 15. n. 43.* conatur ſati facere, ſed non rectè: ſiquidem pro regula conſtituitur, ſolùm nocere Gratiæ obreptionem circa cauſam finalem contingentem; ex quo apertè colligitur, valere reſcriptum, etſi quoad cauſam quamcumque impulſivam illud vitium intervenerit.

Verſ. *Tertiò probatur,* Ibi *Et ulterius in* cap. ſi pro Clericis.

Impetrans beneficium, ex ſtylo Curiæ debet, ſe Cle-
ricum eſſe docere, aut ſe laicum eſſe exprimere: Monachi, 29
dicaſ. 201. n. 33. Deci. *in c. cum adeo, n. 3. reſcript.* Beroi. *in d. c. ſuper litteris, n. 72. verſ. Vigeſimo ſecundo.*

Ad Num. 2.

Cauſam quadruplicem eſſe, agnoſcunt tam Philoſophi, 30
quam juris Interpretes; *efficientem*, à qua; *finalem*, propter quam; *materialem*, ex qua; *formalem*, per quam res ſit; ex Philoſopho *2. Phyſicor. c. 35. 48.* Suar. *in Metaphyſic. diſ. 12.* Fonſeca *in Inſtit. Dialect. lib. 1. c. 21. cum ſeqq.* Argel. *de acquir. poſſeſ. q. 1. art. 7. n. 35.* Chriſtophor. Enni. *de princip. jur. lib. 1. pag. 356.* Abbas *in proœmio Decretal col. m. penult. verſ. Deſcendo: igitur:* Cantiuncula *in topic. legal. lib. loc. 10.* Marant. *in prax. part. 2 n. 16. 17.* Raudenſis *de analog. c. 2.* Zabarella *in proœm. Decretal. ſuper gloſ. 1. n. 3.*

Inter eas cauſa finalis præcipuum obtinet locum, eſt 31
totius diſpoſitionis gubernatrix, actus ſubſtantia, fons cauſarum, ac intentionis primum principium, Gloſ. *in l. juris gentium, §. quod ferè, ff. de pact.* Bald. *in l. eam, quam, col. 1. verſ. Venio ad notata, C. de fideicommiſ. & in l. avia, col. ult. C. de jur. dot.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 24. n. 3.* Tiraq. *in d. tract. Ceſſante cauſ. limit. 1. n. 6.* Argel. *ſuprà, n. 25.* Navarr. *in c. inter verba, Corollar. 4. 11. q. 3.* Guttier. *d. c. 15.*
n. 1. Eſt prima in intentione, & ultima in exequutione, ut 32
cum *D. Thoma* docent, Bald. *in l. 2. n. 12. C. locati,* Fortuni. *de ultim. fine, in princip.* Guttier. *d. n. 1.* Molin *de primogen. lib. 1. c. 5. n. 15.* & omnes Philoſophi. Nam qui ſcit (ut hoc utar exemplo) rem ſuam ab alio uſurpatam, primo eam recuperare, & habere deſiderat, deinde medium cogitat, id eſt, actionem, qua id conſequatur; ſic prius eſt in intentione finis ille, quàm medium iſtud: at cùm ad actus exteriores pervenitur, antè actio in judicio proponitur, quàm res evincatur; quare medium in exequutione nem ſi antecedit.

Ibi: *Da cauſa autem impulſiva eſt.*

Accedit Guttier. *ſuprà, n. 2.* Sed cauſa impulſiva impro- 33
priè cauſa dicitur; ideo inter illas non connumeratur, quia ſolùm eſt occaſio; ſive motivum quoddam extrinſe-
cum;